

rei fiunt, & pœnas luere tenentur ex lege Lev. 5, 21. ita eos quoq; reos peractos, & plagis affectos esse isthic, ait Dominus, qui Israëlitas affligere & infestare ausi fuerint, ut *Aegyptii, Amalekitæ, & alii.*

Præbet hæc consideratio Ecclesiæ consolationem opponendam Tyrannidi hostium, à quibus ubiq;ve premitur & infestatur. Comedant illi sanè Ecclesiam, vel potius ei inhient, quid tum? Hoc ipso reatum contrahent, non nisi æterno gehennæ supplicio expiandum. *Es wird ihnen bekommen / wie dem Hunde das Graß: Sie werden Gift und den Todt daran fressen.*

Ἀξιωματιόνευτα.

1. Ἐλεξικά.

1. *Sanctificare idem quod destinare, vel separare.*

2. *Ministri Ecclesiæ est plantare, ædificare, evellere, destruere.*

3. *Verbum DEI baculum vigilans.*

4. *Judæa Olla fervens.*

5. *Ecclesiæ Judaicæ tituli: Adolescentula benigna: Sponsa dile-*

*ctæ: Sanctitas Jehovæ, primitiæ frugum ejus.*

2. Ἐνωμικά.

Memoriam maximè merentur ψ. 5. 7. 9. 10. 18. 19.

3. Ἐδημογομικά.

Tres conciones explicatio istius capituli requirit, quarum 1. habenda de *libri hujus inscriptione.* 2. De *primâ.* 3. De *secunda & tertia Prophetæ vocatione.* Vers. 10. 13. 14 pertinent ad 10. Trin. Ex ψ. 4. usq;ve ad 11. haberi potest concio in publico *inaugurationis, vel investituræ, ritu.*

## CAPUT II.

1. *Nexus.*

**I**N *preced. cap.* Propheta ad munus docendi vocatus est: in *hoc jam capite* partes illius vocationis in se suscipit, & docendi munus obire incipit.

2. *Argumentum.*

Est concio *beneficia DEI* prædicans; populo peccata *exprobrans*; eidem *pœnas* ob peccata denuncians. Est igitur caput illud

○

lud